Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

iiii. libros composuit & nulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinen
cia. floruit sub constantino. lxxxv. Eustasius primus celesyrie decan
antiochie rexit eclam. & aduersus arrianum dogma multa composuit. sub con
stancio principe pulsus est in exilium. traiano pside traciarum. ubi & usq; ho
die condritus est. Extant eius uolumina de anima. aduersus origenem. & infi
nite epistole quas enumerare longum est. lxxxvi.

Marcellus Ancyranus episc. sub constantino & constantio principib' flo
ruit multa & diuersa scripsit uolumina. & maxime aduersus arrianos.
feruntur contra hunc austera. & apollinaris libri sabelliane eius hereseos
arguentes. S; & hilarius in septimo aduersus arrianos libro. nominis eius
quasi heretici meminit. Porro ille defendit se non esse dogmatis cui accusa
tur. Tunc comunione iulii & athanasii romanae & alexandrinae urbis pon
tificum inter katholicos receptus est. lxxxvii.

Athanasius Alexandrinae episc urbis. multis arrianorum pessimis insidiis.
ad constantem galliarum principem fugit. Vnde reuersus cum litteris. & rursus p'
mortem ipsius fugatus. usq; ad iuliani imperatoris temp' latuit. Aquo recep
ta eccla. sub ualente moritur. feruntur ei' aduersus gentes duo libri. &
contra ualentem & ursatium unus. & de uirginitate unus. de persecutione
arrianorum plurimi. & de psalmorum titulis. & de uita beati antonii mona
chi epistole. & multa alia quae enumerare longum est. lxxxviii.

Antonius monachus cui' uita athanasius alexandrin' episc. insigni
uolumine persecutus est misit egypti ad diuersa monasteria apostolici sen
sus sermonisq; sex epistolas. quae in greca lingua translatae sunt. Quarum pri
pua est ad arsenotas. floruit sub constantino & filiis eius. lxxxviii.

Basilius Ancyranus episc urbis medicinae scripsit contra marcellum. & de
uirginitate librum. & non nulla alia sub rege constancio macedonianae
fauens parti cum eusterio sebasteno principes pueritiae fuit. lxxxix.

Theodorus fracleae traciarum episc elegantis apud; sermonis. & magis
historiae intelligentiae editos sub constancio imperatore contrarios in
matheum & iohm. & in aplm. & in psalterium. xc.i.

Eusebius Emesenus. elegantis & rethoricae ingenii innumerabiles. &
qui ad plausum ppli pertinent confecit libros. magisq; historiam secutus.
abhis qui declamare uolunt studiosissime legitur. Equib; t' pcipui sunt
aduersum iudeos & gentes. & nouatianos. & in epstam ad galathas exposi
onum libri x. & in euglia omeliae breues. s; plurimae floruit temporib' con
stantini imp'ris a' sub quo & mortuus antiochie sepultus est. xc.ii